

quadruplum rei adjudicate excedat; ut etiam manu militari possit auferri l. qui restituere 68. ff. de R. P. Ummius cit. l. th. 2. n. 13.

183 Quidam in debito personali ad solutionem pecunie quis condemnatus, aut, cum rem amplius non haberet, restitutionem reddere justus, pecunia vel non habeat, vel reddere detrectet, Executio in cætera illius bona sic decernitur, ut primò res mobiles; dehinc immobiles; postremò incorporales, jura, nomina, instrumenta &c. capiuntur l. à Divo Pio 15. §. 2. ff. de Re judic.

184 Ne tamen nimium rigori tribuatur, Executio ita temperanda est, ut vestes, leGisternia, instrumenta agriculturæ vel artificij, libri studiosorum &c. non auferantur, quàm diu ex rebus aliis victori potest consuli arg. l. stipendia 4. Cod. de Execut. rei judic. l. executores 7. & Auth. agricultores Cod. quæ res pignoris. &c. P. Engel b. t. n. 28. Rosbach cit. tit. num. 11. Struv. exercit. 4. th. 18. & ibi Miller.

185 Quoad bona feudalia, emphyteucaria, si-

deicommissaria, dotalia, & similia videtur à pluribus receptum esse, quòd in illa non debeat fieri Executio: quia, sicut alienari, sic victori solutionis loco cedi, vel addici nequeunt. Ummius cit. th. 2. n. 15. Aliud verò de fructibus dicendum esse, ratio contraria probat: quia scilicet à possessore possunt liberè distrahi. Sabell. in Summa §. Executio, n. 6. & cit. ib. In dubio, quando non constat, sintne bona, à debitore detenta, propria vel aliena, præsumuntur esse propria, & Executio sustinetur: quia pro possessore militat aliunde præsumptio proprietatis, nisi contrarium ostendatur. Rota Rom. in rec. p. 13. dec. 71.

Si Reus positus nihil in bonis habeat, tunc equidem juxta vulgatum axioma inanis est actio, quam debitoris inopia excludit; nihilominus occiditur alia cantilena, quòd, cum in ære non habeat, luere debeat in cute per l. si quis 7. §. 3. ff. de Jurisdic. l. ult. ff. de Jus voc.

§. V.

Quæ forma in Executione servanda sit?

189 AD Executionem, inoffensò pede instituentam, præprimis legitimum tempus observetur, opus est. Ubi tamen inter actiones reales & personales distinguendum est. In actione reali statim Executio in rem peritam & adjudicatam, contra quàm putavit Mindanus, fieri potest, per textum in §. est in rem 2. Inst. de Offic. Judic. ubi, si contra possessorem judicaverit Judex, jubere ei debet, ut rem ipsam restituat cum fructibus; nec indulgetur aliquod spatium possessori, nisi impossibilitate restitutionis, mox faciendæ, proponat.

190 Ratio est: quia, dum titulus & bona fides possessoris est resolutus, jus nullum suppetit, quò rem ulterius retinere vel possidere, aut fructus ex ea colligere valeat. Hinc eam restituere tenetur, & si recusaverit, reali exhibitioni locus fit, & manus militaris interponi-

191 tur l. restituere 68. ff. de R. P. In actione personali condemnatus ad solutionem debiti tempus quatuor mensium à Jure pro solutione habet indultum cap. quod ad consultationem 15. h. t. cap. quarenti 26. de Offic. & pot. Judic. deleg. l. eos qui 2. l. sancimus 3. Cod. de Usur. rei judic. ex ea benignitatis ratione: quia non semper ad manum est parata pecunia, sicut res, in Judicio petita: & ideo non tam cito pecunia, quàm res petita valet præstari. P. Engel b. t. n. 27. Gonzalez ad cit. cap. quod ad consultationem n. 12. & seqq. Rosbach cit. tit. 79. num. 14. Ummius cit. disp. 23. th. 3. num. 17. Brunnem. cit. cap. 29. n. 6. & seq.

192 Dixi tamen: condemnatus ad solutionem debiti. Nam si victus in actione personali non ad solutionem debiti seu quantitatatis, sed ad præ-

stationem speciei sit condemnatus, e.g. ut rem commodatam, depositam, emptam, donatam, locatam &c. tradat vel restituat, intervallum quatuor mensium haud conceditur. Brunnem. cit. num. 7. urget namque eadem ratio, quæ in actione reali. Quin imò si Reus ex maleficio conveniatur, aut pecuniam in continentem paratam habeat, aut in mora periculum sit, existimat alleg. Brunnem. nullum terminum pro solutione concedendum esse per l. debitores 31. ff. de Re judic.

Deinde in Executione servandus est ordo quoad bona mobilia & immobilia, juxta num. 183. Et, si ordo ibi præscriptus non servetur, Executionem nullam esse, post Köppen & Mevium, concludunt Miller ad Struv. cit. Exercit. 4. th. 18. lit. l. & Brunnem. ad cit. l. à Divo Pio 15. §. 2. ff. de Re judic. n. 12. quia scilicet ex rescripto Imperatoris iste ordo exequendi pro modo & forma est præscriptus: actus autem contra modum & formam, à Jure præscriptam, gestus est invalidus l. non dubium 5. in pr. & §. 1. Cod. de LL.

Demùm in Executione servandus est ordo, ut (ad præcedentem victoris petitionem) primò mandatum de solvendo vel præstando judicato præmittatur; tum verò, si victus non pareat, Executor pignora capiat, victum arretet, per apparitores vel milites rem auferat &c. de quibus & aliis, huc pertinentibus, videantur Ummius cit. l. th. 4. n. 20. & seqq. Brunnem. de Proc. cit. cap. 24. n. 22. & seqq. Perez ad tit. Cod. de Execut. à n. 6.

§. VI.

§. VI.

Quis Effectus sit Executionis?

196 Effectus Executionis est jus, quod victor, in re, per Executionem sibi consignatam, consequitur. Refert nimirum, an egerit actione reali, an personali. Si reali, nanciscitur dominium rei, per Executionem sibi traditam, quando dominium antecederet non habuit per cap. cum inter 13. h. t. l. cum putarem 36. ff. Famil. heretic. ubi Brunnem. n. 2. l. sed si per n. 197 n. 3. §. 2. & 3. ff. de Reb. or. qui sub int. Vel saltem conditio ulucipiendi in victorem transfertur, ubi victus rei ablata dominus non erat per l. sunt & alia 3. §. 1. ff. de Publiciana in rem act. l. Pomponius 13. §. 9. ff. de A. vel A. P. l. si per errorem 17. ff. de Usurpat. & usucap. Gonzalez in cap. cum aliquibus 6. h. t. n. 5.

Si personali actione victor egerit, ulterius indagandum, an egerit ad restituendum sicut in actione depositi, commodati, locati &c. an ad dandum, seu tradendum. Priore casu, cum de dominio transferendo nequiquam agatur, victor nec verum nec præsumptum dominium acquirit. Gonzalez cit. l. num. 6. Postiore casu non aliter judicandum, argue in actione reali per l. sed si res 5. ff. Communis divid. l. & generaliter 28. ff. de Noxal. action. l. clavibus 74. ff. de Contrah. empt. Gonzalez d. num. 6.

An & quatenus tale jus victori proficiat in foro conscientie? Repetendum est ex longius disputatis à n. 130. usque ad num. 155.

§. VII.

Quænam contraria sint Executioni?

191 Executioni contraria sunt, quæ illam impediunt. Et I. quidem Executionem impediunt nonnullæ exceptiones, quas post Sententiam opponi possit, docuimus in cap. 10. num. 53. Latè Ummius cit. disp. th. 7. n. 20.

202 Possint verò Executor de similibus exceptionibus cognoscere? servatà distinctione inter Executorum Jurisdictionis & nodi ministerij, discendum erit ex lib. I. tract. de Jurisdic. cap. 7. n. 54. & seqq.

203 II. restitutio in integrum, quæ, si fuerit petita, remoratur Executionem, non secus, ac interposita appellatio l. un. Cod. in integ. re-

204 stit. postul. ne quid novis fiat. Si tamen appareat, restitutionem præcisè Executionis frustrandæ gratia peti, non impeditur Executio, sed victori cautio duntaxat imponetur, quòd omnia restituere velit, quæ occasione Sententia percipit, siquidem adversarius in causa prævaluerit cap. suscitata 6. §. ne verò de in integr. Restit. Ummius cit. loc. n. 32.

III. singulariter Executionem impedit vel in totum, vel ex parte, beneficium competentie, vi cuius, qui condemnatus est, nequit in plus conveniri, quàm facere possit, deducta congrua sustentatione, quoad victum, vestitum, habitationem &c. l. cum ex causa 30. ff. de Re judic. Eiusmodi beneficium habent personæ Ecclesiasticæ, de quibus in Lib. III. tract. I. parentes & liberi inter le d. l. cum ex causa 30. l. patronus 17. ff. de Re judic. maritus & uxor, si ab invicem conveniantur, d. l. patronus 7. & l. non tantum 20. & seq. ff. d. t. donans respectu donatarij d. l. cum ex causa 30. l. inter eos 19. §. 1. ff. eod. focius adversus beneficium l. sunt qui 16. ff. d. t. debitor, qui bonis cessit l. is qui 4. ff. de Cessionib. miles contra quemcumque l. miles 6. in princ. ff. d. t. Perez in Cod. de Execut. à num. 26. Quod etiam ad Nobiles & Doctores extendunt Interpretes cum Struv. cit. l. th. 20. & Millero ibid. lit. m. & seqq.

CAPUT XIII.

De Appellationibus.

CONTRA Sententiam, ne transeat in Rem judicatam, aut Executioni derur, opponitur Appellatio, per quam suspenditur Sententia, finitur prima instantia, & inchoatur secunda. Pono de hac pro conclusione totius Processus Judicarij nonnullas Sectiones, è quibus sit

SECTIO I.

De Natura, Varietate, & Necessitate Appellationis.

SUMMARIUM.

- 1. & seqq. Notatio nominis quoad Appellationem.
- 5. Definitio. 6. & seq. Est provocatio. 8. & seqq. A Judice inferiore ad Superiorem.
- 11. Ratione alicujus gravaminis interposita.
- 12. & 13.

13. Quidquid alii contradicant. 14. An gravamen debeat esse praesens? 15. Particula gradatim non videtur definitioni necessario addenda. 16. Appellatio dividitur in judicalem & extrajudicalem. 17. & seq. Fundatur hac divisio in Jure utroque. 19. Ejus differentia.

§. I.

Quid sit Appellatio?

1 Appellatio, quoad notationem nominis, multas appellationes recipit. Nam I. Appellatio est idem, ac allocutio l. item apud 21. §. 20. ff. de Injur. II. Appellatio significat interpellationem seu monitionem de solutione faciendam l. fidejussor 16. §. ult. ff. de Fidejussor. III. Appellatio denotat conventionem seu propositionem actionis in judicio l. qui appellat. 29. ff. de Judic. IV. Appellatio sumitur pro provocatione & relatione causae ab uno ad alium Judicem l. scio 3. §. ult. l. illud 8. l. tutor 27. ff. b. r. Quae notatio est domestica, in qua 5 Definitur Appellatio, quod sit provocatio à Judice inferiore ad Superiorem ratione alicujus gravaminis interposita. 6 Dixi. provocatio. Alii dicunt, quod sit jus provocandi; in qua tamen dictione, cum nihil speciale involvatur, ut pote cum jus appellandi, quatenus in actu primo consideratum, nil prodest, advertente Miller ad Struv. exercit. 50. th. 4. b. malim Appellationem in actu secundo describere, quatenus actualem provocationem includit. Ponitur autem provocatio generis loco, dum etiam imploratio officii Judicis, simplex querela, oblatio libelli in prima instantia provocatio potest appellari. Gonzalez in cap. inter ceteras 2. h. r. n. 7. 8 Dixi. à Judice inferiore ad Superiorem. Haecque nota discriminat Appellationem à remediis primae instantiae, quod supponat duplicem Judicem, unum a quo & illum inferiorem; alterum ad quem, & hunc Superiorem per l. Imperatores 21. in pr. & seq. ff. l. precipimus 32. Cod. b. r. Cum enim in Judicio nonnunquam minus rectè agatur, judicetur, procedatur, oportet adesse Judicem alium, qui acta & judicata anteriora corrigat l. appellandi 1. in pr. ff. d. r. isque Superior sit, necesse est: quia par in parem, & à fortiori inferior in Superiorem potestate Jurisdictionis non pollet, ut illius acta & facta reformare valeat per cap. innovavit 20. de Elect. Clem. ad Romanos 2. in pr. ob id. l. nam Magistratus 4. ff. de Recept. qui arbitri. Notat P. Petrus de Murga in tract. de Appellat. p. 1. q. 1. num. 1. & 2. Scaccia de Appellat. q. 2. n. 3.

§. II.

Quotuplex sit Appellatio?

16 Appellatio dividitur in Judicalem & Extrajudicalem. Judicialis est, quae interponitur ab actibus judicialibus, seu à gravamine in Judicio, per sententiam definitivam aut interlocutoriam illatam. Extrajudicialis est,

20. Dividitur ab aliis in justam & injustam. 21. Sed minus ad nostrum placitum. 22. Potest Appellatio dupliciter considerari. 23. Materialiter considerata est Juri Naturalis. 24. Formaliter considerata est Juri positivum humanum. 25. Ceteri Authores nobiscum conciliantur.

§. I.

Quid sit Appellatio?

& seq. Sunt tamen Authores, qui per statutum introduci posse defendunt, ut à Superiore ad inferiorem appelleret: cum etiam Superior inferioris Jurisdictionem agnoscere possit, per taxtum in l. est receptum 14. ff. de Jurisdic. Haunold de F. & J. tom. 5. tract. 5. num. 274. Wiestner h. r. num. 5. Stryck in continuatione. usus mod. ad tit. ff. quis à quo appelleretur §. 8.

Dixi. III. ratione alicujus gravaminis interposita. I. quas particulas, esto rejiciat Gonzalez cit. loc. quod Appellationes ob nullum gravamen, illatum aut inferendum, interpositas, nihilominus Appellationes dicantur in l. ejus qui 1. & r. r. Cod. Quorum Appellat. non recip. Recipiunt tamen P. Engel b. r. n. 9. P. König n. 2. P. Wiestner n. 2. P. Reiffenstuel n. 3. Reverendiss. DD. Guetrather Inst. Fur. Cap. lib. 3. tit. 17. n. 1. D. Brunemann de Proc. cap. 28. num. 1. D. Fleck in Biblioth. lib. 5. tit. 67. n. 2. Struv. cit. exercit. 50. th. 2. Eckold ad h. r. §. 1. & vix non omnes: nam Appellatio, quae gravamen non continet, tanquam frivola & frustratoria, ex dicendis repellitur. Et licet Appellatio in tit. l. ejus qui & c. nominetur, tam parum nihilominus naturam vere Appellationis participat, quam parum Sententia nulla est vera sententia, licet sententia, (de facto, non de Jure) nominetur in r. ff. Qua Sent. sine appellat. rescind. & Cod. Quando provoc. non est necesse.

Quod si gravamen non actu illatum, sed inferendum metuatur, videndum, an certò futurum sit, an non. Si primum; ut si quis cietur, ut personaliter compareat sub comminatione realis citationis; datur Appellatio: si secundum; non datur per cap. consuevit 18. h. r. Mev. p. 2. decis. 53. & dec. 127. p. 3. Stryck ad h. r. §. 12.

Nonnulli cum Zoëzio h. r. n. 1. Eckold cit. §. 15. 1. superaddunt definitioni ly gradatim, quod nempe Appellatio debeat fieri per gradus à Judice immediato ad immediatum. Sed, quia nonnunquam Appellationem fieri, non servato gradu, ad Judicem mediatum in sec. 4. dicemus, praefatam vocem in definitione omittendam putamus cum P. Reiffenstuel cit. l. n. 4.

§. II.

Quotuplex sit Appellatio?

quae interponitur ab actibus extrajudicialibus, seu à gravamine, extra Judicium illatam.

Utraque Appellationis species in Utraque Jure fundamentum habet. Nam in Jure Civili admittitur Appellatio à delatione cuiusque

enque muneris civilis & publici, v. g. tutela, curatela, judicatura &c. l. siquidem 1. §. 1. 2. 3. & 4. ff. Quando appelland. l. hi qui 7. Cod. b. r. Quos tamen actus extrajudiciales, aut saltem non fructus judiciales esse, cum ad unius duntaxat partis instantiam, vel motu proprio decernatur à Judice, nemo non scit. Stryck ad h. r. §. 13.

In Jure Canonico conceditur Appellatio non tantum ab actibus, quibus aliquis extra Judicium gravatur à Judice, sed etiam ab actibus, quibus aliquis à non-Judice gravatur per textum in cap. cum sit §. cap. constitutus 46. cap. bona §. 1. b. r. Praecipue verò solet haec Appellatio interponi in electione, praesentatione, & collatione beneficiorum d. cap. constitutus d. cap. bona h. r. cap. concertationis §. eod. in 6. cap. cum nobis 19. cap. auditus 29. de Elect. Vide, quae scripsimus in lib. I. tract. de Mod. acquir. Pralatur. cap. 1. an. 603.

19 Non unam, sed plures differentias, inter Appellationem Judicalem & Extra-Judicalem DD. passim commulant. Ex quibus unam in praesenti solummodo refero, quod sola Appellatio Judicialis sit proprie talis, non

item Extrajudicialis cit. cap. concertationi h. r. in 6. Ideoque illa duntaxat, non etiam ista, sub nomine Appellationis simpliciter posito comprehendatur, eò quod nec Judicem absolutè, nec Judicium, nec Sententiam praerquirat. Gonzalez ad cap. cum sit §. b. r. n. 2. P. König h. r. n. 3. Scaccia de Appellat. p. 1. q. 1. n. 5. & seqq. D. Fleck cit. tit. 67. n. 4. Schambogen h. r. n. 2. Miller ad Struv. cit. exerc. 50. th. 2. l. d.

Dividitur Appellatio ab aliis in justam & injustam. Justam, seu legitimam dicunt, quae justè, propter aliquod gravamen, interponitur. Injustam, seu frivolum & frustratoriam appellant, quae non justè, suspendendi solum & remorandi Judicii causa, suscipitur. At, sicut aliae divisiones, quibus ceteri actus judiciales, v. g. citatio, discip contestatio, probatio, sententia, &c. dispescuntur in justos & injustos, non attenduntur à Jure: cum actus injusti à ratione Juris alieni sint; sic neque divisio, quae Appellatio scinditur in justam & injustam, Jurisprudenciae nostrae amica censetur per cap. cum speciali 61. §. porro h. r. cap. cum appellationibus §. d. r. in 6.

§. III.

Quanta sit Necessitas Appellationis?

22 Appellatio potest considerari vel materialiter, vel formaliter. Materialiter considerata est remedium se contra gravamen injustum, quomodo cumque inferatur, defendendi. Formaliter considerata est remedium, se contra gravamen injustum non quomodo cumque, sed, servato Juris ordine, defendendi.

23 Appellatio in sensu priori est longè maxime necessaria: quippe ab ipso Naturali Jure, quod nemini beneficium defensionis negat, introducitur. Unde nec Lege, nec consuetudine, nec statuto, nec scripto Principis, quantumvis Supremus sit, perimi, vel partibus adimi potest. Appellatio in sensu posteriori, cum Jure positivo solum informata sit, tantè eum

fitatis haud est, ut nequeat partibus adimi, vel perimi, seu Lege, seu statuto, seu consuetudine, seu scripto Summi Principis per textum in cap. sicut Romana 1. de Rescript. cap. pastoralis 28. §. praesens de Offic. & pot. Judic. Deleg. cap. secundum 41. cap. pastoralis §. 3. h. r. l. tractandum 1. §. 4. ff. à quib. appell. non licet.

Hanc distinctionem quoad substantiam, probat Magnif. D. P. König h. r. n. 7. eamque, ut puto, non respuant Authores alii, Gail. l. obf. 135. n. 12. & seq. Mynting. cens. 1. obf. 14. Covarruv. pract. quest. cap. 23. Passerinus in comment. ad lib. 6. Decret. h. r. q. un. artic. 1. num. 5. Reverendiss. Guetrather cit. tit. 17. num. 3.

SECTIO II.

De Appellanse.

SUMMARIA.

26. Appellare potest quilibet gravatus. 27. Prohibetur contrumax. 28. Saltem in non-veniendo talis. 29. Confessus aut convulsus. 30. Nisi probare velit errorem. 31. Item qui renuntiavit Appellationi. 32. Non etiam, qui promisit, se staturum sententia. 33. Item qui non detulit Adversario suo quoad Appellationem. 34. & seq. Item qui tres conformes sententias habet contra se. 36. & seq. Quod non procedit in Summis Tribunalibus. 38. Potest aliquando unus appellare pro alio. 39. Procurator pro principali. 40. Tutor & curator pro pupillo & minore. 41. Pralatus pro Ecclesia &c. 42. Legatarius in causa heredis. 43. Venditor in cau-

sa evulsionis. 44. Mulier ratione doris. 45. Creditor pignoratitius ob pignus adjudicatum. 46. Fidejussor propter debitum sui principalis. 47. Dominus Jurisdictionalis pro suo subdito. 48. Conforti ejusdem litis pro confortibus. 49. Ita, ut victoria profic omnibus. 50. Sima unum causa idemque jus sit. 51. Vicior & vitios nonnunquam simul appellant. 52. & seq. Dna rationes contra Appellationem excommunicati. 54. & seq. Textus & rationes pro Appellatione. 57. & seq. Priores rationes proferuntur. 60. & seq. Limitatur hoc ad solam Appellationem judicalem. 62. Extrajudicalem, an possit excommunicatus praesens? Dubitatur.

§. I.

Quis possit appellare?

16 Appellare regulariter potest, qui gravamen aliquod extra vel intra Judicium accepit, aut certò metuit, quatenus ab eo releveretur, & quod nequivit obtinere per Judicem inferiorem, per majorem conseqatur. Textus in cap. omnis oppressus 3. 11. q. 6. Petrus de Murga cit. tract. de Appellat. p. 1. q. 5. n. 38.

27 Prohibetur autem appellare I. qui per culpam suam, & veram contumaciam judicialiter est condemnatus l. ex consensu 23. §. ult. ff. b. t. l. ejus qui i. Cod. Quor. Appellat. non recipiant. Nam indignus est, ut audiatur à J. d. Superiori, qui a minorum contempit. Id quod de sola contumacia in non-veniendo, non etiam de contumacia in non-respondendo intelligi debere, textus est in l. creditur 28. §. 1. ff. b. t. Brunnem. de Proc. cap. 28. n. 29. Stryck ad b. t. §. 4. Lauterbach ibid. §. 20.

29 Prohibetur appellare II. qui confessus aut legitime de crimine per evidenciam juris aut facti convictus est cap. pervenit 13. cap. consuluist 14. b. t. l. observare 2. Cod. Quorum Appellat. non recip. non enim rationabilem appellandi causam fovet, qui iustissime condemnatus esse noscitur. Si tamen quis probabilem confessionis errorem allegare & docere vellet, qui scilicet iustam excusationem præbet, eum, si appellaverit, audiendum existimat Stryck h. t. §. 4.

31 Prohibetur appellare III. qui Appellationi in specie renuntiavit, si simpliciter l. irallandum 1. §. 3. ff. de quib. appell. non lic. si vero jurato cap. questionis 21. b. t. quia juri pro se introducto quilibet renuntiare potest, & si renuntiaverit, renuntiationem servare tenetur, maxime si juramentum accesserit, quod toties servari præcipitur, quoties servari valet.

32 Neque reclamare cap. ad hac 20. eod. tit. ubi, qui juravit, Ecclesia iudicio se staturum, non prohibetur appellare. Quamvis enim Struvius cit. exercit. 50. rh. 9. crediderit, idem esse, Appellationi specialiter renuntiare, & promit-

§. II.

Utrum alius pro alio possit appellare?

38 Non tantum pro se ipso quis appellare, sed etiam alius pro alio provocare permittitur, si vel obligationem habeat, causam Appellationis suscipiendi, vel ejus interfit, sententiam re-

39 tractari. l. ab executoribus 4. §. 2. ff. b. t. Sic propter primam conditionem I. appellare potest, & aliquando tenetur procurator, de quo

40 in tract. de J. d. cap. 2. à n. 373. II. appellare potest & debet tutor pro pupillo, curator pro minore l. tutor 27. ff. l. si actor 10. Cod.

41 h. t. III. appellare potest & debet Prælati pro sua Ecclesia, Episcopus pro Clerico, Abbas pro Religioso, Capitulum pro Prælate negligente, vel aliquid in Ecclesia præjudicium molente. Murga cit. p. 1. q. 1. §. 1. n. 59. & seqq. Scaccia q. 5. n. 5. Kön. b. t. n. 13. Guettrath cit. h. n. 6.

tere, quòd Sententiæ quis stare velit, neutiquam tamen assentior: nam promissio de servanda sententia tacitam hanc conditionem involvit, si sententia fuerit iusta; renuntiatio Appellationis econtrà non involvit similem conditionem. si sententia fuerit iusta: cum à iusta sententia aliunde non liceat provocare. Gonzalez in cit. cap. ad hac n. 2.

Prohibetur appellare IV. qui in una eademque causa non detulit adversari suo, remedium Appellationis legitimo modo arripere volenti cap. consiliis 23. cap. an sit 42. b. t. cum id juris, quod in alium quisque statuit, in semetipso experiri, & in quo deliquit, in eo puniri debeat.

Prohibetur appellare V. qui in uno eodemque articulo per victus, tres sententias conformes contra se tulit cap. sua nobis 65. b. t. l. un. Cod. Ne liceat in una etc. Cujus prohibitionis rationem plerique in præsumptionem Juris & de jure, quâ tertia sententia creditur esse verissima, refundunt. Quam tamen rationem non apocalypiticam esse, laudatus Gonzalez ad cit. cap. sua nobis n. 7. contendit: eò quòd etiam num hæreamus in dubio, cur tertia, & non quarta vel secunda sententia, tantâ veritatis præsumptione sit munita? Et si sine dubio fuerit omnino sufficiens, ad movendum Legislatorem, præsertim cum ita litium finis acceleretur. Interim in Summis Tribunalibus vix amplius hæc prohibitio attenditur; sed, ut testis est Cardinalis de Luca de J. d. dist. 36. n. 58. & dist. 38. n. 11. & 12. quotiescunque sententia arguitur injusta, in Romana Curia recipitur Appellatio; atque, ut de Ca-

37 mera Imperii testatur Gail. 1. obs. 27. num. 3. & de J. d. Imperiali Aulico D. ab Andlern Jurisprud. publ. & privat. lib. 2. tit. 20. num. 4. etiam post tres sententias conformes, in iudiciis inferioribus latas, Appellatio conceditur. Plures prohibitiones refert allegatus Petrus de Murga p. 1. q. 1. §. 2. per tot.

36 Interim in Summis Tribunalibus vix amplius hæc prohibitio attenditur; sed, ut testis est Cardinalis de Luca de J. d. dist. 36. n. 58. & dist. 38. n. 11. & 12. quotiescunque sententia arguitur injusta, in Romana Curia recipitur Appellatio; atque, ut de Ca-

35 Interim in Summis Tribunalibus vix amplius hæc prohibitio attenditur; sed, ut testis est Cardinalis de Luca de J. d. dist. 36. n. 58. & dist. 38. n. 11. & 12. quotiescunque sententia arguitur injusta, in Romana Curia recipitur Appellatio; atque, ut de Ca-

34 Sic propter secundam conditionem appellare permittitur I. legatarius, si heredi instituto propter vitium illius, testatoris, aut testamenti abjudicetur hæreditas l. a sententia 5. §. 1. ff. b. t. quia ceteroquin legatum suum perderet. II. venditor, si res vendita per sententiam ab emptore evincatur l. ab executoribus 4. §. 3. ff. eod. quia propter regressum, quem emptor adversus venditorem habet de evictione, ipsius interest. Appellationem intendere. III. mulier, si dos marito per sententiam adempta fuerit per l. sape constitutum 63. ff. de Re judic. quia propter dominium, quod mulieri competit in dote, magnum præjudicium ex tali sententia infuset. IV. creditor pignoratitius, si debitorem derepi-

43 44 45 46 47 48 49

guorata

ignorata sinat agere d. l. sape 63. utpote qui non mediocre damnum incurrit ex sententia, ac dum debitor amittit proprietatem, jure pignoris privatur. V. fidejussor, si debitor principalis fuerit condemnatus arg. cit. l. ab executoribus 4. §. 2. ff. b. t. illi siquidem periculum imminet, ne, si principalis solvendo non sit, excutiat. VI. Dominus Jurisdictionalis, si subditus per sententiam ingens dispendium in patrimonio subeat arg. cit. l. & §. eò quòd Domino decedat aliquid, si subditus ob acturam patrimonii fiat impotens ad collectas solvendas, & onera consueta portanda. Scaccia cit. q. 5. n. 57. P. Murga cit. §. 2. num. 62. & seq. P. König cit. tit. n. 12. & seq.

48 Exquires I. an consors ejusdem litis appellare possit eò effectu, ut Appellatio etiam cæteris consorsibus non appellantis, proficiat, si forsitan sententia primæ instantiæ reformetur in secunda? Resp. affirmative. Textus in cap. una sententia 2. b. t. l. si quis 10. §. ult. ff. eod. l. ult. Cod. si unus appell. Rota Rom. in rec. p. 10. dec. 356. num. 3. & seq. & p. 12. dec. 390. per tot. Ratio est: quia sententia, quæ respectu unius ex ejusdem litis consorsibus est iusta, respectu aliorum quoque censetur iusta. Et licet sententia condemnatoria, si contra appellantem pronuntiata fuisset, soli appellanti, non

etiam aliis consorsibus, nocuisset arg. l. scio quæsitum 3. §. 2. ff. b. t. id tamen, prout in cap. priorum num. 97. insinuatum est, nihil præjudicat: quia fatius & benignius est, uni per alterum prodesse, quam obesse posse; præsertim cum Jura sint priora ad abolvendum quam condemnandum l. Arianus 47. ff. de O. & A.

49 Requiritur nihilominus DD. ut causa Appellationis sit omnium eadem, eòdem omnes iudicio sint condemnati, & eòdem omnes jure utantur d. l. si quis 10. §. ult. l. cum in una 17. ff. b. t. l. un. Cod. Si in communi eademque causa etc. Abbas in cit. cap. una sententia num. 2. Gonzalez ibid. num. 2. Scaccia de Appellat. cit. quæst. 5. num. 58. Perez in Cod. Si unus ex pluribus num. 3.

Exquires II. possitne ab una sententia tam victor quam victus appellare? Resp. quòd possit, si sententia plura complectatur capita, quorum unum favorem victoris, alterum favorem victi respicit. E. g. Titio actori fundus est adjudicatus, sed fructus, ante litem contestatam percepti, reo sunt asserti. Hic actor appellare potest de fructibus sibi non-adjudicatis; & reus de fundo sibi ab-judicato cap. si duobus 7. b. t. caps. auditis 3. de in integr. Restitut. cap. Raynarius 16. cap. Rainaldus 18. de Testament. Scaccia de Appellat. q. 10. n. 5.

§. III.

Utrum & quomodo excommunicatus appellare possit?

52 Quòd excommunicatus appellare nequeat, contra torrentem aliorum defenderunt Hostiensis & Decius in cap. cum inser 5. de Except. quos ibidem in comment. n. 11. citat Gonzalez. Ratio duplex illorum sententiam colorare videtur. Prima est: quòd excommunicatus nequeat in J. d. consistere, tanquam actor per cap. à nobis 2. cap. exceptionem 12. d. t. cap. decernimus 8. de Sensent. excommunicat. & dicta in tract. l. de J. d. cap. 2. à n. 164. Sed excommunicatus, si appellaret, staret in J. d. tanquam actor. Ergo & c.

53 Secunda est: quòd, licet Appellatio spectet ad defensionem, non tamen excommunicato debeat hoc ipsò concedi; sicut reconventio, licet defensio quedam sit, excommunicato non concessa, sed interdita legitur in d. cap. cum inter 5. de Except. in fin.

54 Verum, quòd excommunicatus appellare possit, textus perspicui occurrunt tum in cit. cap. cum inter 5. de Except. ibi: porro cum excommunicato, quando in causa absolutiois existit, non sit iusta deneganda sententia, nec interdicti debet eisdem Appellationis remedium, si contra iustitiam condemnatur: tum in cap. ult. eod. ibi: qui à J. d. ex sufficienti gravamine ad Apostolicam Sedem appellans, ad vos super appellatione sua literas reportavit, etsi ex causa alii tempore impetrati rescripti & nullo fuerit excommunicationis adscriptus & c.

55 Ratio tantum fidelibus, sed etiam infidelibus, hecque & excommunicatis, tanquam capaci-

bus juris & remedi naturalis est concedenda; Atque Appellatio est defensio, seu remedium, contra gravamen Judiciale se defendendi per cap. cum speciali 61. §. porro h. t. Ergo & c. Secunda: quia excommunicatus tenetur in J. d. stare ut reus in prima instantia, ex dictis in cit. tract. cap. 2. n. 166. Ergo in secunda instantia potest stare ut actor: cæteroque, si ferret iniquam sententiam; permittere deberet, ut transeat in rem judicatum, mandetur executioni, & ipsi res suæ contra jus & fas auferantur.

Ad I. rationem oppositam Resp. cum dist. 57. in n. 2. distinctione, quòd excommunicatus nequeat in J. d. consistere, tanquam actor voluntarius; possit verò tanquam actor necessarius. Atqui in Appellatione est actor necessarius: cum, nisi agat, luminum dispendium per autoritatem rei judicate & ejus executionem patiatur. Unde etiam, non obstante, quòd reus excipiendò fiat actor, potest in J. d. excipere: quia scilicet non tam agit voluntarie, quam necessitate, causam suam exceptione defendens. Ad II. reddi-tur disparitas inter reconventionem & Appellationem. Qui reconventionem obicit, ex causa alia, quam convenitur, est actor planè voluntarius, utpote eum specialem actionem habeat, ut possit rem in alio & novo, si velit, J. d. consequi; non ita, qui appellat: hic enim, ut præmissum est, si sententiam interpositâ appellatione non suspendat, illa

56 57 58 59

N n 2

in rem judicatam, res judicata in executionem, executio in praedictum condemnati transt. Quodsi reconventionem ex ipsa causa, ex qua convenitur, excommunicatus obijcit, in cit. tr. & cap. n. 170. jam concessimus, quod propter nimis arctam connexionem unius causae cum altera reconvenire valeat. Inferes ex dictis, excommunicato solum Appellationem judicialem esse indulgam: nam Appellatio extrajudicialis, praeterquam quod ex num. 19. sub nomine Appellationis simpliciter prolata non veniat, non obcurt excluditur tam in cit. cap. cum inter 5. de Except. ubi fit mentio Appellationis a sententia condemnatoria; quam in cit. cap. ult. eod. ubi sermo est de Appellatione, quae a Judicibus ex sufficienti gravamine ad Apostolicam Sedem fuit in-

terposita; & juste: nam Appellatio talis est, magis actio, provocatio ad causam, prima & voluntaria conventio, quam actio necessaria, defensionalis, & secunda instantia, utpote cum neque sententia, neque res judicata, neque executio sit timenda. Abbas in cit. cap. cum inter 5. n. 7. Felinus num. 18. Innocent. num. 2. Gonzalez n. 10. An autem, qui appellavit extra-judicialiter, possit Appellationem prosequi, si pendente Appellatione, primum excommunicetur? Pro- & contra disputat Innocent. d. l. num. 3. & in n. 4. videtur magis inclinare in sententiam affirmativam arg. cit. cap. ult. de Except. ubi dicitur, quod nihil excommunicatio prodesset appellare, si nos post Appellationem suam prosequi.

SECTIO III.

De Causis seu Objecto Appellationis.

SUMMARI A.

63. Appellatio admittitur in omnibus causis, gravamen inferentibus. 64. Excipitur sententia nulla. 65. Sententia criminalis. 66. & seq. De Consuetudine. 68. & seq. Qua improbat. 70. Causa executionis. 71. Si modus non excedatur. 72. & seq. Causa momentanea possessionis. 76. & seq. Sententia, qua jubetur aperiri testamentum, & haeres in possessionem ire. 79. Causa, qua dilationem non patitur. 80. Causa decimarum. 81. Causa minima de Jure Camerali. 82. Certam affirmationem habens. 83. Causa per Arbitrium decisa. 84. Causa frivola. 85. Non licet de Jure Civili ab interlocutoria appellare. 86. Nisi habeat vim definitivae, vel gravamen irreparabile. 87. Licet de Jure Canonico Antiquo. 88. & seq. Non de Jure Concil. Trid. 90. In correctione Pralatorum est distinguendum. 91.

& seq. Si fiat judicialiter, datur Appellatio. 93. & seq. Si fiat patetne, non datur. 95. Nisi modus excedatur. 96. & seq. Nonnulli casus particulares subjunguntur. 98. Debet in hac Appellatione exprimi causa. 99. Idem est de correctione in foro sacrali. 100. & seq. A censura jam lata non licet appellare cum effectu suspensivo. 102. Nisi rationem pena contineat. 103. & seq. Post Appellationem nulliter fertur censura. 105. & seq. A sententia declaratoria cum omnimodo effectu licet appellare. 107. A Juramento litis decisorio voluntario non datur Appellatio. 108. Neque si relatum sit. 109. & seq. Neque si acceptatum sit. 111. Datur a Juramento necessario. 112. & seq. Prohibita appellatione, censetur esse prohibita, qua est legitima. 114. & seq. Solvitur instantia.

§. I.

In quibus causis admittatur Appellatio?

63. Appellatio regulariter admittitur in omnibus causis, in quibus aliquod gravamen inferri potest, intra & extrajudicium cap. licet 1. cap. si quis 4. Il. q. 6. cap. cum sit 5. cap. super eo 12. h. r. cap. concertationi 8. eod. in 6. Clementi. sicut 3. eod. 64. Excipitur I. sententia nulliter lata: ad hanc namque, licet gravatus quis sit, appellare non permittitur: utpote cum remedium ordinarium ad manum habeat, videlicet querelam nullitatis, quam coram Judice a quo proponere potest. Textus in l. si expressim 19. l. ex consensu 27. §. 1. ff. h. r. t. s. ff. Quae sententia sine Appellat. & Cod. Quando provoc. non est necesse & c. 65. Excipitur II. sententia in causis criminalibus: quantumvis enim non solum de Jure Canonico per textum in cap. pervenit 13. & consuetudini 14. h. r. sed etiam de Jure Civili Rom. detur Appellatio a tali sententia, contra reum pro-

nuntiata, per textum in l. non tamen 6. ff. l. addictos 29. Cod. h. r. eod. quod sanguinis causa, vel maxime gravet condemnatum, & quidem irreparabiliter: attamen ex inveterata Germaniae consuetudine, partim Imperialis Camerae ordinatione p. 2. tit. 28. §. Item nady dem 5. partim Receptu Imperii de Anno 1530. §. Item als auch 95. comprobata, in causis criminalibus, in quibus ad penam sanguinis vel corporis afflictivam agitur, Appellationem non permitti, docent Gail. 1. obs. 1. n. 28. & Myns. cent. 4. obs. 41. Cujus consuetudinis ratio est: quia ex una parte nemo non ex delinquentibus, ad proterandum processum, Appellationis remedium apprehenderet; ex altera parte nemo solet condemnari, nisi confessus aut convictus sit, quod casu ex num. 29. alias Appellatio censetur esse vetita. Adde, quod nec imperiti Judices assumantur ad

ad tractanda criminalia; nec festinetur aut deproperetur processus; nec facile periculum infert, ne Judices ad profundendum innocentis sanguinem pecunia corrumpantur. 68. Verum Struyck ad h. r. §. 6. non agnoscit hanc consuetudinem, tanquam universalem, sed eam in Camera duntaxat, quae aliunde non habet Jurisdictionem in criminalibus, receptam, non autem ad alia aliorum Principum dicasteria extensam, proindeque in dubio, saltem in processu aculatorio, pro Appellatione judicandum esse, opinatur. Bruneman quoque in Commentar. ad d. l. non tantum 6. n. 3. & seqq. nullatenus inclinat in allegatam consuetudinem, ex ea ratione, quod non in omnibus criminibus deprehendamus, Reos esse verè confessos, aut plene convictos; quodve saepius in processu criminali quam plurimi errores & solecismi committantur. Indeque tum cit. l. tum in comment. ad d. l. addictos 29. h. r. n. 7. & seqq. concludit, rem absurdam & intolerabilem esse, in criminalibus, ubi agitur de salute hominum, appellationem submovere, & in, civilibus, ubi agitur de agello vel alia re fluxa, Appellationem admittere. Confer Brunem. ad d. l. si quis a num. 9. ubi dissentit, quando delinquens revera gravatus est. 70. Excipitur III. causa executionis, in qua, si juxta sententiam procedatur, non jam contra executionem, sed contra sententiam appellandum foret cap. novit 43. h. r. ubi Barbosa num. 3. & Gonzalez num. 9. l. ab executore 4. in pr. ff. l. ab executione 5. Cod. Quorum Appellat. non recipiuntur. Si tamen non juxta sed contra sententiam fieret executio, aut alias debito tempore, ordine, vel modo non institueretur, secundum praescripta in cap. anteced. n. 189. tunc, propter injustum gravamen, utique locus esset Appellationi cap. quod ad 15. in fin. de Sent. & re judic. & ibi Panormit. n. 24. d. l. cap. novit. 43. & ibi Gonzalez d. n. 9. & n. 7. d. l. ab executore 5. & ibi Brunem. n. 3. 72. Excipitur IV. causa momentanea possessionis, de qua in trakt. I. de Judic. cap. 1. n. 60. & seq. cum enim lata sententia in tali possessio non afferat notabile vel irrevocabile praedictum, sed solum rei detentionem ad interim, usque dum in Judicio ordinario plenior sequatur cognitio, producat, appellari non conceditur per l. un. Cad. si de Moment. poss. fuerit appell. Utram verò solummodo prohibeatur Appellatio quoad effectum suspensivum; an etiam quoad effectum devolutivum? Auctores non conveniunt, uti videre licet apud Brunem. ad cit. l. un. num. 3. & seqq. Quamquam, mediis iudicis, non male cum Gail. lib. 1. obs. 7. n. 7. & Practicis dicitur, quod in possessio momentanea, de quo agimus, Appellatio quoad nullum effectum admittatur; in possessio autem ordinario de Jure Romano juxta cit. l. un. Appellatio fuerit prohibita quoad effectum suspensivum, quatenus, non obstante Appel'at'one, sententia erat executioni mancipata; quoad effe-

ctum devolutivum econtra permitta, quatenus, facta executione, Superior de causa possessionis cognoscere poterat. Dico: des Jure Romano: quoniam de Jure Canonico, quod praxis moderna sequitur, Appellatio in possessio ordinario quoad utrumque effectum potest interponi per textum in cap. ex conquestione 10. cap. cum ad sedem 15. de Restit. spoliat. Clem. un. de Sequastrat. possess. P. Engel n. r. n. 38. P. Pirhing ibid. sub num. 65. Brun. d. l. n. 6. An etiam in summarissimo seu nutritionis? Videatur Card. de Luca de J. n. d. d. d. d. 38. num. 56. & Vincent. Petra comment. ad Consil. Apostol. tom. 4. pag. 230. n. 14. & seqq. Excipitur V. sententia, qua Judex mandatur, testamentum aperiri; vel jubet, haeridem in possessionem honorum hereditatis venire l. ult. in pr. ff. de Appellat. recipiend. l. quisquis 6. Cod. Quorum Appellat. non recip. partim quia publice expedit, ultimas voluntates & aperiri & servari; partim quia parti gravata sententia parum nocere videtur. Et 77. in primo quidem casu, ne testamentum aperiat, Appellationem quoad geminum effectum excludam esse, satis contentum DD. cum Brunnem. ad cit. loc. quisquis 6. num. 2. Sed in secundo casu, ne haeres in possessionem veniat, solum effectum suspensivum per Appellationem impeditur, tenuit post alios idem Brunem. Imo tamen calculum meum subijcere non possum: eod. quod Imperator in cit. l. quisquis in utroque casu non tantum partem appellatam, sed etiam Judicem, Appellationis deserentem, viginti libris argenti puniat; ideoque abunde declararet, ne quidem effectum devolutivum, per quem causa ad Judicis Superioris cognitionem devolvatur, admitti. Fachin. lib. 1. contror. cap. 76. Excipitur VI. causa quaelibet, dilationem respuens, sicut si de alimentis futuris, mercedibus famulorum, aggeribus & pontibus reficiendis & c. agatur, respuat Appellationem, saltem quoad effectum suspensivum per cit. l. ult. in pr. ff. de Appellat. recipiend. l. abstinentium 4. Cod. Quor. Appellat. non recip. P. Engel h. tit. num. 34. P. Wiefner ad d. l. n. 46. Lauterbach ad tit. ff. de Appellat. recipiend. §. 13. Excipitur VII. causa decimarum, in quibus Appellatio removetur in cap. tua nobis 26. in fin. de Decim. Si nempe parochianus non possit exemptionem per privilegium aut praescriptionem ostendere. Excipitur VIII. causa minima, quae licet de Jure Communi, tum Canonico in cap. de appellationibus 11. h. r. tum Civili l. & in majoribus 20. Cod. eod. Appellationem non refugiat: quoniam, ut loquitur Imperator Justinianus in Nov. 69. justitiae ratio non ex quantitate, sed ex suis regulis estimari debet. Gonzalez ad cit. cap. n. 2. de stylo tamen Curiae Romanae teste Card. de Luca de J. n. d. d. 37. n. 8. non debet esse infra so. scuta; Jure quoque Novissimo per R. J. de Anno 1645. §. viertens 112. tunc demum

demum Appellatio à Judiciis Statuum. Imperii interposita, recipitur, quando summa non est intra 400. Imperiales P. Engel h. tit. num. 33. Gail 1. obf. 123. D. Fleck in Biblioth. tit. 67. num. 37. & seq. Stryck ad tit. à quibus appellare &c. §. 7. Subinde tamen in eiusmodi Appellationibus non attenditur summa vel quantitas, quando nimirum agitur de rebus, certam estimationem non ferentibus v. g. de Jurisdictione vel aliis iuribus incorporalibus. Lauterb. ad tit. ff. de Appellat. recipiend. §. 9. Stryck d. l. §. 15. Blum. de Proc. Can. tit. 46. §. 42.

Excipitur IX. causa, per Arbitrum com-83 promissarium decisa, in qua regulariter Appellationi non deferri, dictum in trakt. l. de Judic. cap. 8. n. 179. & seq. Excipitur X. causa notoria, quando manifeste constat, Appellatione frivolum & frustratoriam esse cap. consulti 14. h. t. cap. cum appellatibus §. in pr. h. t. in 6. cum Appellationis remedium non sit ad defensionem iniquitatis, sed ad praesidium innocentia institutum, prout effatur Innocentius III. in Concilio Generali in cap. cum speciali 61. §. porro X. eod. tit. Pirhing ibid. num. 66.

§. II.

Qualiter à Sententia interlocutoria possit appellari?

DE Appellatione à sententia interlocutoria distinguendum est inter Jus Civile & Canonicum. Jure Civili regulariter non licet appellare à sententia interlocutoria l. ante sententiam 7. Cod. Quor. Appellat. non recip. l. si Clericus 2. Cod. de Episcop. aud. l. apertissimi 16. Cod. de Judic. Nisi vel mixta sit, adeoque vim definitivae habeat l. intra 39. ff. de Admor. vel gravem irreparabile contineat, veluti si Judex reum torqueri jubeat l. ante sententiam 2. ff. de Appellat. recipiend. quia post torturam gravamen acceptum reparari nequit per sententiam definitivam. Gail 1. obf. 130. n. 9. Brunnem. de Proc. cap. 28. n. 2. & 3. Fleck in Biblioth. lib. 5. tit. 66. num. 3. & 4. Struv. cit. exercit. 50. th. 3. Eckhold h. tit. §. 9. Noster D. Alphonsus Vilagut à Congregat. Cassin. in practica Canon. Crim. 1585. edita lib. 7. tit. de Tortura cap. 10. concl. an.

De Jure Canonico rursus est distinctio facienda inter Jus Commune Antiquum, & Jus Novum Concilii Trident. Nam Jure Communi Antiquo licebat, à quacunque Sententia interlocutoria appellare cap. cum sit §. cap. super eo 12. h. t. Jure autem Tridentino Concilii sess. 13. cap. 1. & sess. 24. de reformat. cap. 20. recessus à Jure Antiquo, & accessus ad Jus Civile factus est, dum §. Synodus prohibuit, ne Appellationes recipiantur, nisi à definitiva, vel definitivae vim habente, & cujus gravamen sit irreparabile. Barbosa in colleclan. ad cit. cap. 20. n. 19. Pirhing h. t. n. 33. & seq. P. Engel ibid. n. 15. Schambogen ibid. n. 9. Ratio, quae moverat Patres in Tridentino, 89 hæc erat: quia videbant, per multiplicatas Appellationes in causis solum incidentibus lites non tantum prorogari, sed etiam multiplicari.

§. III.

Qualiter à Correctione Superioris appellare liceat?

CIRCA Appellationes à correctione Superioris occurrunt varii textus in cap. licet 12. cap. irrefragabili 13. in pr. de Offic. Judic. Ord. cap. ad nostram 3. cap. reprehensibilis 26. cap. de Priore 31. h. tit. Trid. cit. sess. 13. de reformat. cap. 1. & cit. sess. 24. de ref. cap. 10. Quos, ut ritè percipiantur, sequenti distinctione combinare placet. Refert, utrum Prælatus in correctione procedat ut Judex judicialiter, vel ut Pater paternè. Si procedat ut Judex judicialiter, servatò Juris ordine, æquè à correctione, per sententiam dictatà, licet appellare, atque ab aliis gravaminibus, per sententiam definitivam aut interlocutoriam juxta num. 88. illatis per d. cap. de Priore 31. h. t. & Trident. cit. sess. 13. de ref. cap. 1. Fagnanus ad cap. ad nostram cit. h. t. n. 6. Pirhing d. t. n. 44. Schambogen ibid. n. 11. docentes, per talem Appellationem non suspendi executionem, sed causam duntaxat ad Superiorem devolvì; eamque in rem allegantes Trident. Concil. sess. 22. de reformat. cap. 1. & sess. 24. de reformat. cap. 10. & Declarat. Card. apud Joann. Gallemart. ad cit. cap. o. m. 4. Quam exceptionem, si probari possit (de quo multum

dubito) de sola correctione, quæ modum non excedit, intelligi velim, propter mox dicenda. Si Prælatus in correctione procedat ut Patet paternè, non servatò Juris Ordine, refert ulterius, an maneat intra limites SS. Canonum, S. Regulæ, aut Constitutionum; an verò limites & modum excedat. Primo casu non datur Appellatio per cit. cap. licet, cap. irrefragabili de Offic. Judic. Ord. cap. ad nostram 3. h. t. Ratio est: quia Prælatus, juxta Canonones, S. Regulam, aut Constitutiones particulares corrigendò, videtur esse merus executor illius, quod vi officii à Jure imponitur; adeoque contra talem correctionem ex n. 70. Appellatio non conceditur, ne potius Lex & Jus, quam Prælatus, errasse dicatur. Accedit, quòd ita disciplina Ecclesiastica & Regularis vigor dissolveretur, si praesidium innocentiae ad tutamen iniquitatis, & Appellatio ad defendendos excessus, detorqueatur. Secundo casu datur Appellatio d. cap. re-95 prehensibilis 26. h. t. d. cap. irrefragabili 13. de Offic. Jud. Ord. Ratio est: quia nec SS. Canonones, nec Ordinum Regulæ, nec Constitutiones

tionem particularem volunt, ut Prælatus eam quam accepta potestare, abutatur, ac subditi suum ultra meritum puniat. Murga in trakt. de Appellat. p. 2. q. 3. §. 4. Laurentius à Dript in Causione Judiciali Prælator. sess. 2. art. 12. & 13. Pignatellus tom. 2. Consuli. 61. Engel h. t. n. 28. & seq. König ib. num. 33. Pirhing num. 39. & 3. seqq. Wäflner n. 34. & 36. ac novissime Illustriss. Vincentius Petra ad Constit. Apostol. tom. 3. à pag. 521. Quando nam verò Prælatus modum in correctione reputetur excedere, exinde desumi potest, quando majorem penam, quam delinquens meruerit, infligit; in specie quoad subditos Regulares cit. de Murga q. 3. §. 1. & seqq. enumerat varias penas, in quibus plerumque modus exceditur. Et I. quidem ponit incarcerationem: quia carcer non tantum animo & corpori molestus, sed etiam famæ plurimum nocivus, saltem in Ordine Benedictinorum, pro gravissima pena, quàm majorem Prælatus vix infligere potest, habetur. II. in n. 88. collocat privationem vocis activæ & passivæ. III. in n. 89. refert privationem officii, dignitatis, muneris &c. IV. in n. 90. recenset dejectionem ex loco processivis. V. in n. 91. numerat penam infamiae judicialiter in-

terminatam. VI. in n. 92. subicit quamcunque gravem lesionem honoris & existimationis. VII. in n. 94. statuit excommunicationem, suspensionem, interdictionem &c. Interim DD. communiter cum Abbate ad 98 cap. ad nostram h. t. n. 9. Pirhing h. t. n. num. 45. P. Wäflner cit. l. n. 37. Vincentio Petra d. l. pag. 525. n. 16. movent, inferioribus, contra Superiorum Ecclesiasticorum correctionem appellare volentibus, causam, quòd excessus in modo committatur, exprimentum esse: cum aliis tali Appellationi Jus resistat. Ad quos verò Superiores Regularibus appellare liceat? Disquirat laudatus Laurentius à Dript d. art. 13. pag. m. 262. & seqq. Cæterum, quæ hæcenus sunt disputata, 99 non tantum ad personas Ecclesiasticas, sed etiam ad Sæculares sub modò pertinent obtextum in l. nulli 3. Cod. Quor. appellat. non recip. ubi de Officialibus temporalibus statuitur, quòd, si à proprio Judice propter officium non rectè præstitum condemnati vel puniti fuerint, appellare nequeant: tum quia Judex non præsumitur, officiale condemnare vel punire sine rationabili causa: tum quia non tantum grave quam corrigere negligentiam, voluisse censetur. Brunnem. ad cit. l. n. 1. & 3.

§. IV.

Qualiter à Censura Ecclesiastica liceat appellare?

IN Appellationibus à censura Ecclesiastica licet distinguere. Vel censura ante Appellationem jam est lata, vel non. Si jam lata sit; potest equidem appellari, sed tantum eò effectu, ut causa deferatur ad Judicem Superiorem, non item, ut executio, declaratio, & denuntiatio suspendatur. Textus in cap. ad hac 37. cap. pastor alius §. 3. & verum h. t. cap. in cni 20. de Sent. excommunicat. in 6. Rationem dant Interpretes: quia censura, cum statim liget animam, trahit immediatè secum executionem, & quanto citius in rem judicatam transit. Quòd si tamen censura non medicinalis, sed vindicativa, ac præcisè in penam criminis statuta foret, veluti si quis ob præcedens adulterium aut fornicationem per biennium à beneficio suspenderet, valde probabilis est sententia Abbatis in cap. sepe 44. h. t. n. 16. quòd per interpositam Appellationem executio suspendatur: quia tunc definit esse censura, & sic effectum censuræ perdit. Pirhing h. t. n. 48. Si censura post Appellationem interpositam feratur, fertur nulliter d. cap. ad hac 37. cap. per tuas 40. §. nos igitur de Sent. excommunicat. indeque non impedit, quò minus appellans tam in Divinis quam in humanis possit eum aliis fidelibus communicare cap. ad praesentiam 16. h. t. Et licet in eod. cap. ejusmodi censuratus absolutus fuisse referatur; additur tamen notanter, quòd tantum de factò fuerit absolutus, forsitan ad cautelam d. cap. per tuas 40. §. nos igitur &c. Gonzalez ad cit. cap. num. 2. Wäflner h. t. n. 41.

Planè si censura sit lata ipsò Jure, ac per sententiam declaratur, etiam cum effectu suspensivo licet appellare, veluti tenet communissima & verissima sententia, cui subscribunt Felin. in cap. Redulphus 35. de Rescript. n. 43. Gabriel. commun. concl. lib. 6. concl. 7. n. 59. Lancelot. in trakt. de Assentat. & innovat. Appellat. pend. part. 2. cap. 12. ampliat. 8. n. 12. Scaccia de Appellat. q. 17. n. 36. & seqq. Passerin. in tribuna. regul. q. 32. art. un. n. 27. Fagnan. in cap. super eo 12. h. t. n. 50. Barbosa in cap. pervenis 13. eod. Monacell. in Formulari leg. pract. p. 3. tit. 1. formul. 2. sub n. 15. Eaque manifestè supponitur à Rota Rom. in rec. p. 2. decis. 3. n. 1. 85. eodem Fagnanò teste, definita fuit ab eadem Rota in Nov. decis. 2. n. 5. ac sæpius à S. Congregatione approbata. Ratio est: tum quia Appellatio à Sententia censura declaratoria non presupponit necessariò censuræ effectum vel executionem, hòc ipsò, quòd declaratio possit esse erronea, & in malo supposito fundata: tum quia à sententia declaratoria facti notorii datur Appellatio cum utroque effectu, licet in ipso factò notorio juxta n. 84. non detur Appellatio, prout tenuit Rota Rom. in res. p. 3. dec. 70. n. 4. cum notorium facti, vel censura, ipsò factò incurfa (ut loquuntur) evulgari possit, esto in factò res aliter se habeat: tum quia non Juris aut Legis, sed hominis est, declarare, quòd in censuram quis incidit; sique non Jus aut Legem, sed Legis Vindicem seu Judicem appellans inculat.

§. V.

§. V.

Qualiter à Juramento litis decisorio liceat appellare?

107 Juramentum litis decisorium aliud esse judiciale, aliud extrajudiciale; illudque vel voluntarium, vel necessarium, liquet ex cap. 7. Juramentum Voluntarium, tum judiciale, tum extrajudiciale, semel præstitum, respuit omnem Appellationem: tum ex eo, quia speciem habet transactionis, à qua non licet appellare arg. l. causas 16. Cod. de Transact. tum per textum in l. generaliter 12. §. 1. 2. & 3. Cod. de R. C. quis enim, ait Imperator in cit. §. 1. in f. ferendus est, ad Appellationis veniens auxilium in his, que facienda procuravit? Nimisque crudele est, pergit in §. 3. in fin. parti, qua hoc dicitur, propter hoc ipsum, quod Judex ejus petitionem secutus est, superesse provocationem.

108 Hancque decisionem, licet communiter Interpretes limitent in casu, quod is, cui juramentum est delatum, id præstare vel referre ex causa rationabili neglexerit per cit. l. §. 2. extendunt tamen non pauci ad casum, quod is, cui delatum, deferentis retulit: eò quod indignus, nec audiendus sit, qui factum proprium impugnare nititur. Fachin. lib. 1. contrrov. cap.

§. VI.

Qualis Appellatio censetur esse prohibita, quando Supremus Princeps causam delegat cum clausula: Appellatione remotà?

112 Resp. non solum frivolum, sed etiam justum & legitimam censeri prohibitam. Pannonitanus in cap. pastoralis §. 3. in pr. b. t. n. 2. Fagnanus ibid. n. 26. Haunold Jurisprud. Fudic. r. §. n. 407. Pirhing hic n. 26. Schambogen n. 14. Textus admodum luculentus in 113 cit. cap. pastoralis §. 3. in pr. & ratio est: quia talis clausula, ne reputetur otiosa, debet aliquid operari. At, si solum Appellationem frivolum prohiberet, nihil operaretur: patet siquidem ex n. 112 Appellationem frivolum aliunde jam prohibitam esse.

114 Dices: Appellatio justa, cum sit justa defensio, non præsumitur à Principe in dubio exclusiva.

23. Pirhing b. t. n. 64. König ib. n. 28. Verum an, si actor v. g. juramentum detulerit, reo, isque, approbante Judice, juramentum acceperit, actor autem revocaverit, ille appellare valeat, quando Juxta revocationem denegat? In facti contingentia quaesitum, atque à nostra Facultate, me Referente, anno 1709. 3. Aprilis responsum est negative. I. enim in d. l. generaliter 12. in pr. definitur, omne juramentum sub ipso Judice dandum esse, non esse facta vel ultima definitio, vel provocationis formidina. II. in cit. l. §. 3. decernitur, ipsi parti, qua juramentum immittit, nullam provocationis remedium in hoc reservari. III. licet ibid. fermo non sit de juramento, tantum acceptato, ratio tamen est generalis, quod contra factum proprium deferens venire non debeat.

Juramentum necessarium, cum partibus inviditis à Judice deferatur, haud dubiè dat locum Appellationi ex parte partis gravatæ arg. cit. l. generaliter §. 2. v. ipse autem §. 6. & l. admonendæ 31. ff. de Jurjur.

Resp. I. per Appellationis prohibitionem, solummodo tolli effectum suspensivum, non devolutivum, prout insinuat P. Wiestner hic num. 49.

Resp. II. Appellationem formaliter, non etiam materialiter talem, esse prohibitam, quatenus contra sententiam iniquam supplicare, vel per viam simplicis querelæ sententiam impugnare, concessum est. Gonzalez in cap. spec. 1. de Rescript. n. 7.

Resp. III. Appellationem etiam formaliter acceptam ex specialibus causis, in Jure specialiter expressis, concedi, v. g. ex suspicione Judicis &c. quam & alias causas cit. Gonzalez & Wiestner deducunt.

SECTIO IV.

De Forma Appellationis.

SUMMARIA.

117. Appellatio fieri debet ad Judicem distinctum. 118. Et immediatè Superiorem. 119. & seqq. Nisi fiat ad Summum Judicem. 122. & seqq. A sententia S. Pontificis appellare non licet. 125. & seqq. Nec à sententia Imperatoris. 130. Nec à supremis Dicastriis. 131. Nec ab Electoribus &c. 132. Licet aliquod per modum Appellationis concedatur. 133. & seqq. A Delegato Principis aut Magistratus inferioris appellatur ad Delegatum Superiorem. 138. & seqq. A Delegato Summi Principis ad ipsum Principem appellatur. 140. & seqq. Explicatur, quid Juris sit in Subdelegato? 142. & seqq. Distinguitur

questio: ad quem devolvatur Appellatio, si Clericus agat coram Judice Laico, & viciniam obtineat? 145. & seqq. Alia questio movetur: qualiter Appellatio subsistat, si fiat ad plures Judices? 147. & seqq. Appellandum est coram Judice? 149. Aut Viri honesti, vel Notario. 150. Appellandum est in Scriptis à sententia interlocutoria. 151. Non autem à definitiva. 152. Necessitas ex intervallo. 153. & seqq. Quando nam causa sit exprimens? 156. In Appellatione observanda sunt fatalia. 157. & seqq. Fatiale interponenda. 159. & seqq. Fatiale introducenda. 162. & seqq. Fatiale introducenda.

da. 165. & seqq. Fatiale finienda. 167. Quis pronuntiare debeat, Appellationem esse de-

seriam? 168. & seqq. Agitur de morte appellantis.

§. I.

Ad qualem Judicem appellari debeat?

117 Forma Appellationis consistit in ordine, modo, & tempore appellandi. Ordo appellandi præprimis postulat, ut appelletur ad Judicem, moraliter & physicè distinctum; quâ ratione non admittitur Appellatio à Vicario Generali ad Episcopum, utpote qui propter unitatem tribunalis est moraliter unum cum Vicario persona cap. Romana 3. in pr. b. t. in 118 6. cap. non putamus 2. de Consecr. in 6. Deinde requirit, ut à Judice inferiori ad Superiorem fiat Appellatio ex num. 8. & 9. Et quidem, si Appellatio non fiat ad Judicem Supremum, debet fieri gradatim, à Judice immediato ad immediatum, v. g. ab Abbate ad Episcopum; ab Episcopo ad Archi-Episcopum cap. dilecti filii 66. b. t. ubi Gonzalez num. 6. & seqq. Monacellus in formul. Leg. pract. 2. tit. 15. formula 5. n. 1. l. Imperatores 21. in pr. ff. & ibi Brunemann. n. 1. l. additios 29. Cod. b. t. & Perez

119 ad eund. tit. n. 14. Sin autem ad Judicem Supremum fiat, potest de Jure Canonico, omisso mediò, fieri Appellatio immediatè ad Summum Pontificem cap. si quis vestrum 4. & 4. seqq. ll. q. 6. cap. ipsi sum 16. & seqq. l. x. q. 3. cap. si duobus 7. in pr. b. t. quia videlicet independentem, illimitatam, absolutam, & concurrentem Jurisdictionem obtinet in toto orbe per læ deducta in Lib. I. tract. de Jurisdic. cap. 2. 120 seq. 2. Et quia Legati Summi Pontificis in provincia suæ Legationis Summum Pontificem suè modò repræsentant, eòque nomine concurrentem Jurisdictionem cum omnibus Ordinariis habent, hinc est, quòd Appellatio sinè mediò ad ipsos interponatur, saltem de Jure communi Canonico per cap. cum non ignoratis 1. de Offic. Leg. & ibi Abbas n. 7. Gonzalez cit. l. n. 9. & citati.

121 De Jure Civili e contra non videtur admitti Appellatio ad Imperatorem, prætermisissis Judicibus mediis d. l. Imperatores 21. in pr. ff. & l. additios 29. Cod. b. t. Perez & Brunemann. cit. loc. Exceptiones facit P. König b. t. num. 40. & seqq.

122 Quæres autem I. utrum à Summo Pontifice ulterius appellari valeat? Resp. negative. Ratio est: quia, si posset appellari, tunc velat Concilium Oecumenicum, vel ad Principem Sæcularem, vel ad DEUM. Atqui Concilium Oecumenicum non est supra, sed infra Pontificem; neque ab hoc ad illud, sed ab illo ad hunc appellatur, ex 123 dictis in cit. tract. cap. 2. à n. 83. Princeps Sæcularis, cum Jurisdictione Ecclesiastica non fulgeat; nec Judex sit, regens Pontificem, sed ovis, à Pontifice regenda, non valet Appella-

124 tionem recipere ex cit. tract. à n. 101. DEUS Ter Opt. Max. est quidem omnium Judex, non tantum externa, sed etiam interna nostra discutens; attemen in foro contentioso non.

P. SCHMIDT JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

judicat, inscrutabilis suæ æternitatis tribunalis mortalium causas, solutus corpore, reservans: hinc Appellatio, si quæ fiat ad DEUM, hujus loci non est.

Quæritur II. deturne Appellatio à sententia Imperatoris?

Resp. negative. Ratio est: quia, si daretur Appellatio, deberet appellari vel ad Consilium Aulicum, vel ad Cameram, vel ad Comitum Palatinum Rheni, vel ad Universum Imperium, vel ad S. Pontificem. Neutrum rectè dicitur. Ergo &c.

Quòd ad Cameram vel Judicium Imperiale Aulicum non datur Appellatio, patet: quia enim Imperatoris tribunalia sunt, nec tam suò, quam Imperatoris nomine, Jurisdictionem exercent juxta deducta in cit. tract. de Jurisdic. cap. 3. n. 69. & n. 74. & seqq. & n. 87. & seqq. sanè non datur Appellatio ad Cameram vel Aulam, sed potius aliquid per modum Appellationis à Camera vel Aula ad Imperatorem conceditur. Vide cit. cap. n. 112. & seqq.

Quòd non datur Appellatio ad Comitum Palatinum Rheni, deducitur ex Aurea Bulla cap. 5. §. 3. ubi solummodo conceditur ex antiqua consuetudine jus cognoscendi de causâ Cælaris, non quando sustinet personam Supremi Judicis, sed quando sustinet personam Rei; & quidem, ut saniores Publicistæ exponunt, potius per modum arbitrii quam Judicii & Jurisdictionis. De Appellatione ad Universum Imperium denudò nihil inferre licet: cum Imperium non majus Imperator, sed Imperator Imperiò fit major ex cit. tract. & cap. à n. 61. Et idèò similes Appellationes, quamquam aliquoties attentatæ, nunquam tamen admittæ sunt, Notariò quòdam, qui annò 1637. Instrumentum Appellationis conscripserat, ab officio per integrum annum suspensò. Schwederus in Introduct. ad Jus Publ. part. spec. selt. 1. cap. 11. n. 5.

Ad Summum Pontificem ad Imperatorem provocari non posse, fatetur ipsemet Pontifex in cap. si duobus 7. in fin. b. t. ubi Gonzalez num. 11. & nos in spe cit. tract. de Jurisdic. cap. 2. à n. 143.

Quæres III. an præter Summum Principem dentur Judices alii à quorum sententia nequit ulterius appellari? Resp. I. à Supremis Summorum Principum Dicastriis, v. g. S. Rota Romana; Consilio Imperiali Aulico; Camera Imperii, quæ modò Wezlaris est; ulterius formaliter appellari non posse, hoc ipsò, quòd Summam Jurisdictionem exercent.

Resp. II. ex specialitè privilegio, S. R. I. Electoribus in Aurea Bulla cap. 8. & 11. nec non Sacerdotibus Archi-Ducibus Aulicis, uti & Ducibus Burgundiæ & Wirtenbergiæ, à Cætare Majestate, concessò, formaliter appellari non posse. Schweder cit. l. n. 2.

- 132 Dixi: *formaliter*. Nam materialis Appellatio, quæ pars gravata querelam nullitatis, protractæ vel denegatæ iustitiæ, aut revivificationis &c. petit, nunquam exclusâ censetur per textum in *Aurea Bulla* cap. 11. §. 4. Schweder *cit. l. n. 1.* Vide etiam *cit. Lib. I. tract. de Jurisdictionibus* cap. 3. n. 112. & *seq. & tract. de Praescript. cap. 4. n. 521.*
- 133 Quæres IV. ad qualem Judicem appellatur à Judice Delegato; num ad Delegantem, vel ipsius Superiorem?
Resp. I. à Delegato Principis vel Magistratus inferioris non ad Delegantem; sed Delegantis Superiorem appellari. Textus in *cap. super 27. §. porro cum Delegatus de Offic. & pot. Jud. Deleg.* ubi solidissime Gonzalez n. 5. & *seqq. l. 1. §. 1. ff. Quis à quo appell.* Ratio est: quia Appellatio nequit fieri ab eodem ad eundem Judicem *cap. non putamus 2. de Consec. in 6. cap. Romana 2. in pr. h. t. eod. in 6. sed ab inferiori debet ad Superiorem interponi ex n. 8.* Atqui Delegatus & Delegans sunt una moraliter persona *l. quæcumque 1. §. 1. ff. de Offic. ejus cui mand. est Jurisdictionis. l. solet prator 16. ff. de Jurisdictionibus.* Ergo non à Delegato ad Delegantem, sed ad Delegantis Superiorem appellari debet. Exceptionem & objectionem habebis in *cit. tr. de Jurisdictionibus. cap. 7. n. 28. & 2. seqq.*
- 135 Oppones: potest à Legato Proconsulis ad Proconsulem appellari *l. appellari 2. ff. Quis à quo appell.* Sed Legatus Proconsulis Jurisdictionem à Proconsule sibi mandatam seu delegatam habebat *l. observare 4. §. ult. l. aliquando 5. l. legati 13. ff. de Offic. Proconsul. Ergo &c.*
- 136 Resp. negandò minore. Nam verior longe sententia est, Legatum Proconsulis apud Romanos Jurisdictionem ordinariam habuisse: eò quòd in *d. l. Legati 13.* supponatur, & in *l. cognitio 4. in pr. ff. de Offic. ejus cui mand. est Jurisdictionis.* afferatur, propriam ipsi Jurisdictionem, cujus nomen plerumque designatur ordinaria, datam fuisse. Quòd autem juxta objectas *ll.* ante mandatum Proconsulis non potuerit exercere Jurisdictionem, non impedit, quòd minus ordinaria fuerit: siquidem mandatum Proconsulis erat conditio, sine qua non poterat exercere Jurisdictionem; sicut mandatum Episcopi respectu Vicarii: causa principalis autem Jurisdictionis erat Lex, ipsi officio Legati Jurisdictionem annexens. Gonzalez *cit. l. n. 6.* Perez in *Cod. h. t. num. 8.* pluresque ab his allegati.
- 138 Resp. ad superiorem quæstionem II. à Delegato Summi Principis ad Summum Principem appellari. Textus in *cap. super quæstionibus 27. in pr. & §. seqq. de Offic. & pot. Jud. Deleg. Gonzalez ib. n. 5.* Scaccia de Appellat. q. 8. num.
- 139 Ratio est: quia Delegatus Summi Principis, licet fungatur vice Principis quoad causam delegatam, nihilominus est, manetque Summò Principe inferior: utpote cum iste Jurisdictionem Supremam à se nequeat abdicare.
- 140 Sanè si Delegatus Summi Principis causam sibi delegatam subdeleget, considerandum erit, an totam Jurisdictionem subdeleget; an ve-

rò quidpiam sibi de Jurisdictione reservet. In priore casu fit Appellatio ad subdelegantis Superiorem seu Principem; in posteriore ad Subdelegantem. Textus in *cit. cap. super quæstionibus 27. §. porro. cap. si Delegatus 7. §. ad cum cap. si à Delegato 14. de Offic. de Leg. in 6. Ra- 141*

Ratio discriminis est: quia, si tota Jurisdictione subdelegetur, nihil potestatis in Subdelegante remanet, ratione cujus jus possit in Appellatione dicere; secus est, si quædam Jurisdictionis portio reservata fuerit.

Quæres V. an, si Clericus Actor in Judicio Sæculari contra Reum Laicum obrinuerit sententiam, & Reus Laicus appellaverit, Appellatio sit dirigenda ad Judicem Ecclesiasticum vel Sæcularem?
Resp. hanc quæstionem non satis in Jure decidam esse. Quantumvis enim in *cap. si duobus 7. §. denique h. t.* ad quæstionem, utrùm à Civili Judice liceat ad audientiam S. Pontificis appellare? Alexander III. rescripserit, in terris *suæ temporali Jurisdictioni non subiectis, Appellationem ad talem audientiam secundum Juris rigorem non tenere;* non tamen sufficienter expressit, quisnam eorum Judice Civili egerit, Clericus an Laicus: ut propterea videri possit, quòd, sicuti Judex Civilis Jurisdictionem in Clericum Reum non habet in prima instantia; sic neque habeat in secunda contra Clericum appellentem, qui personam Reitunc sustinet. Nihilominus si velimus insistere citato textui, indistinctè loquenti, & dicere, quòd appellandum sit ad Judicem Sæcularem, ex eo fundamento, quòd semper fiat Appellatio ad Judicem, qui respectu Judicis à quo est Superior, non consideratà partium qualitate, veluti firmat Vincentius Petra ad *Const. Ap. sol. tom. 1. pag. 577. n. 27.* & ex eadem ratione inferit, quòd à Judice prorogato detur Appellatio ad illius, non partis prorogantis Superiorem: disparitas inter primam & secundam instantiam hæc erit, quòd Clericus appellatus propriè non fiat Reus, sed retineat personam Actoris; nec consequenter Jurisdictione in ipsum aliter, quàm in Actorem, negativè exerceatur, quatenus solummodò repetuntur, & novo examini subduntur acta prioris instantiæ, ac sententia inferioris Judicis vel infirmatur, vel confirmatur.

Quæres VI. an, si litigantium uterque medium Appellationis amplectatur in eodem negotio, det tamen ad diversum quilibet Judicem provocet, Appellatio subsistat?
Resp. Appellationem quidem subsistere, quoad Judicem tamen secundæ instantiæ seu Appellationis, quorum unus est inferior v. g. Archi-Episcopus; alter Superior v. g. Papa, videndum esse, num Judex inferior fecerit, alterum ad Superiorem appellasse, vel nesciat. Si prius: non poterit Appellationis causam cognoscere, sed eam Superiorem cognitione relinquere debet *d. cap. si duobus 7. in pr. h. t.* Si posterius: melior est conditio Judicis inferioris, quando per citationem alterum prævenit. *d. cap. in pr.*

§. II.

Quis modus in Appellatione tenendus sit?

- 147 Ad modum in Appellatione pertinet I. ut Appellatio fiat coram Judice, qui sententiam tulit, vel gravamen intulit *cap. ut debitis 59. §. cum autem cap. ult. h. t. l. si quidem 1. §. 10. ff. Quando appelland.* quia Judicis, sententiam ferentis aut gravantis, interest scire, num appellatum fuerit, ne procedat ulterius, & sententiam aut decretum exequatur. Scaccia de Appellat. q. 6. num. 1. & *seqq.* De praxi tamen Curia Romanæ Appellatio coram Judice Appellationis fieri potest, uti testatur de Luca *de Judic. disp. 37. n. 10.* Et, si plures sint Judices, eorumque copia simul haberi nequeat, potest vel separatim coram singulis, vel simul coram majori parte Appellatio fieri *Clement. si à Judicibus 1. h. t. Panormitan. ibid. n. 1. & seqq. ubi in num. 6. notat, non esse necessariò in præsentia partis adversæ appellandum, dummodò postea certificetur.*
- 149 Quòd si Judicis copia planè non detur, aut ex metu vel alia probabili causa non libenter adeatur à parte gravata, potest Appellatio fieri vel cum protestatione coram Viris honestis *cap. ult. h. t.* vel itatim ad Superiorem dirigi *d. l. quidem 1. §. 10. ff. Quando appelland.* vel, quòd hodie frequentius est, coram Notario & testibus insinuari. *Ord. Cam. p. 2. tit. 25. §. 5. Nucleus Processus Judicarij p. 2. cap. 5. §. 1. D. Fleck in Biblioth. lib. 5. tit. 67. n. 39. Miller ad Struv. cit. exercit. 50. ib. 2. lit. d. Stryck ad tit. ff. Quando appelland. §. 3. Lauterbach ibid. §. 4.*
- 150 II. ut appelletur vel vivâ voce, vel in scriptis. Retert nimirum, an appelletur à sententia interlocutoria, vel gravamine quodam extrajudiciali; an à definitiva. Si primum; Appellatio, saltem de Jure Canonico, debet fieri in scriptis, sive ad Papam, sive ad alium Judicem desineatur *cap. cordi nobis 1. in*

pr. h. t. in 6. Scaccia de Appellat. q. 4. n. 9. Haulnold *cit. tr. 5. n. 261.* Reiffenstuel *h. t. n. 117. & seq.* Si secundum; potest appellari aut vivâ voce, aut in scriptis. Vivâ voce appellatur, quando in Judicio post latam sententiam fit in continenti, & stante pede, antequam Judex à quo discesserit ad alia negotia, per verbum appello, provooco, protestor &c. protestioni Judicis Superioris me submitto &c. *cap. ad audientiam 34. h. t. l. sed etsi 2. l. à sententia 5. §. ult. ff. l. litigatoribus 14. Cod. h. t.* In scriptis appellatur, quando fit ex intervallo, postquam Judex ad alia se contulit *d. l. à sententia 5. §. ult. Brunnem. in cit. l. litigatoribus num. 1. & seqq. P. König h. t. n. 48. P. Wiestner num. 81. & seqq.*

III. Ut præter nomen Judicis à quo, sententia, nec non appellantis & appellati, exprimat causa Appellationis non tantum in genere, sed etiam in specie, quando provocatur à sententia interlocutoria, vel gravamine extrajudiciali *cap. ut debitis 59. h. t. d. cap. cordi nobis 1. h. t. in 6.* quando autem provocatur à definitiva, necesse non est, specifiçam causam mentionem facere *d. l. sed si 2. l. à sententia 5. §. ult. ff. h. t. Lauterb. ad tit. ff. Quando appelland. §. 3.* Ratio discriminis est: quia Judex à quo, cum sententiam interlocutoriam ipsemet corrigere possit, scire necessum habet, in quo provocans specificè gravatum lesentiat; quod non est in definitiva. Gonzalez in *cit. cap. ut debitis n. 14.*

Quæ tamen hic tam ratione cause, quàm ratione scripturæ diximus de sententia interlocutoria, ad eam, quòd vim definitivæ habeat, non extendunt Panormit. in *cap. pervenit 28. h. t. num. 7.* Scaccia de Appellat. q. 4. num. 28. & 37. Wiestner *h. t. num. 86.* Reiffenstuel *ib. n. 102.*

§. III.

Quale tempus in Appellatione servandum sit?

- 156 In Appellatione singularem considerationem meretur tempus, seu fatalia, ut vocari solent, intra quæ Appellatio interponi, introduci, continuari, & finiri debet.
- 157 Tempus fidei fatale pro interponenda Appellatione apud Judicem à quo olim in propria causa biduum, in aliena triduum erat constitutum *cap. biduum 29. in pr. l. q. 6. l. si quidem 1. §. 5. ff. Quando appelland.* hodie sunt decem dies *cap. quòd ad consultationem 11. de Sent. & re Jud. Nov. 23. cap. 11. indeque transumpt. Antib. 8. hodie Cod. h. t.* Qui dies ab initio sunt utiles, nec currunt appellanti, nisi scientiam habeat vel late sententia vel illati gravaminis *cap. concertationi 8. h. t. in 6. l. si quidem 1. §. 7. & ult. ff. Quando appell.* præterquam si in culpa fuerit, ac citatus v. g. ad audiendam sententiam non comparuerit. Stryck ad *tit. ff.*

Quando appelland. §. 1. postea tamen sunt continui, & in eis feriæ computantur *arg. l. sine 3. Cod. de Dilat. Gonzalez ad cit. cap. quòd ad consultationem n. 4. & 5.*

Post interpositam Appellationem, ad eam legitime introducendam, intra 30. dies, à die, quòd potuisset appellari, numerandos, petendæ sunt Apostoli seu Libelli & literæ dimissoriales à Judice à quo ad Judicem ad quem *cap. ab eo 6. h. t. in 6. Clem. quarovis 2. eod. tit. l. Judicibus 24. Cod. eod.* Et hæc literæ seu Apostoli, quando Judex à quo desert Appellationi, vocantur Dimissoriales in specie; dum verò Judex à quo desert Appellationi, non propter illius iustitiam, sed propter respectum & reverentiam Judicis ad quem, nuncupantur *reventiales;* sin autem omnimò rejiciat Appellationem, & causam rejectionis exprimat, *reventialis*